









1738.

1. Graeven, Christianus Fridericus : *De exceptione procurandis  
in cambio*.
2. Moser, Ioh. Jacobus : *De officio principis circa religione  
et salutem aeternam substitutorum.*
3. Moser, Ioh. Jacobus : *De legitima I.R.J. statuum liberorum  
utriusque sexus.*
- 4<sup>a</sup> = Moser, Ioh. Jacobus : *De iure statuum imperii circa  
Iudeos emigrantes. 3 tract.*
- 5<sup>a</sup> = Moser, Ioh. Jacobus : *De pactis et privilegiis  
circa religionem et agm ecclesiastica.*
6. Ring, Thopias Bergkard : *De libertatis et servitatu  
naturali*.
7. Rolaffius, Frider. Gottlieb. : *De XX virorum collegio  
P. P. J. rebus vicis procurandis et Maximiliano  
et ... insituto*



8. Trier, Ioh. Wolfgangus : Ad legem Evangelicam de  
divorcio

9<sup>o</sup> et 10<sup>o</sup> Trier, Ioh. Wolfgangus : De onere probandi negotiorum  
tribus incumbente.

10 Trier, Ioh. Wolfgangus : De formula actionis hypothecaria

1739.

1<sup>a</sup> et 6<sup>o</sup> Graeven, Christianus Fabius : De mitigatione paenae  
in criminibus Sodomitiae. 2 Sept. 1739? 1757

2. Moser, Ioh. Tacitus : De transmissione actorum

3<sup>a</sup> et 3<sup>o</sup> Moser, Ioh. Tacitus : De jure et modo succendi in regno  
Europae, speciebus in regnum Bohemicum

4. Moser, Ioh. Tacitus : De formula absolutionis confitentium

1740

1. Pistorius, Dr. Christoph : De ordine consultationum in constitutiis  
imperii

1740

2. Ring, Gruppus Dughard & de originaria domini  
seigniorum per occupationem



598

... und so wird es bald geschehen  
wir werden endlich  
unsere Freiheit regieren  
*Lyrik*  
schön präsentieren  
und das  
ist der Tag  
der Freiheit

1738/1 1

DISSESSATIO JURIDICA  
DE  
**EXCEPTIONE  
PRÆSCRIPTI CAMBII**  
OCCASIONE. S. XLII. ORD. CAMB. PRUSS.  
QUAM  
DIE III. NOVEMBR. A. MDCCXXXVIII. 132/1

H. L. Q. C.  
PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMITTENT  
**D. CHRISTIANUS FRIDERICUS**  
**GRÆVEN,**  
ET DEFENSURUS AUTOR  
**CHRISTIANUS FRIDERICUS ROETING,**  
Soldin. Neo-March, L.L.C.

---

*FRANCOFURTI ad VIADRUM,*  
Typis SIGISMUNDI GABRIEL. ALEX.

D 424  
DISSESSATIO IURIDICA  
EXCEPTIONE  
PRESCRIPTI CAMBI

gouverneur aux ordres de la reine  
GOUVERNEMENT  
die du novembre a mccccxxviii  
H. F. G.  
unicae diejunctio summa  
D. CHRISTIANUS HEDDERICHUS  
GRAFEN  
et patensdurus autor  
CHRISTIANUS HEDDERICHUS ROTHEING  
Schrift no. Maf. T. L. O.

TANCOEURI M. J. M. D. R. M.  
T. S. SIGISMUNDI GARRISI ALIX

PERILLUSTRI ATQUE EXCEL-  
LENTISSIMO

DOMINO  
DN. FRIDERICO  
DE REICHENBACH,

S. R. M. PRUSS. CONSILIARIO INTIMO,  
PRÆSIDI CONSISTORII GRAVISSIMO,  
CURATORI ACADEMIARUM SUPREMO,  
CAETERA,

DOMINO AC PATRONO SUO  
ÆTERNUM DEVENERANDO

CHRISTIANUS FRIDERICUS ROETING.

S. P. D.

\* \* \* \* \*  
PERILLUSTRIS ATQUE EXCEP.  
LENTISSIMO  
DOMINO

DN. FREDERICO

DE REICHENBACH.

S. R. M. PRUSS. CONSULTARIO INTIMO.

**Q**Uam omnes loquuntur atque extollunt, Gratiae TUÆ, PERILLUSTRIS atque EXCELLENTISSIME DOMINE, confisus, id mihi sumere non dubitavi, ut EXCELLENTISSIMUM NOMEN TUUM qualicunque huic specimini Academico præfigerem splendorem quendam & ornamentum ei a tanto lumine conciliaturus. Non itaque est,

est, quod multis verborum lenoci-  
niis, quibus complures abuti intelli-  
gimus, veniam ejus rei, a TE, de-  
misse expectam. Uno enim ore omnes,  
quibus singulare TUUM bene de aliis  
merendi studium penitus inspicere  
contigit, fatentur, ita prolixum illud  
esse, ut verecundæ audaciæ atque  
conatui, cui haud fucata religio fun-  
damento est, irasci nesciat. Luculen-  
tissima me ejus specimina docuit, qui  
Moderator hujus exercitationis Aca-  
demicæ mihi adfuit, meque, de insi-  
gni TUA omnis generis doctrina &  
voluntate in litterarum cultores, cer-  
tiorem jam redditum, quomodo enim  
me, quod omnibus cognitum, latere  
potuit? in communi sententia con-  
firmavit. Accipias igitur, PERIL-  
LISTRIS atque EXCELLENTIS.  
SIME DOMINE, gratiosa, ut soles,  
fronte

fronte, hanc erga TE obsequii & humiliæ reverentiaæ tesseram, a me, homine TIBI plane ignoto, id tamen pro viribus acturo, ut aliquando cognoscas ignoti quidem, sed non omnino indigni & ingrati Patrocinium suscepsum esse. Pia cæterum, quoad vixero, pro incolumitate & salute TUA, æterno Numini nuncupabo vota, ut in umeribus gravissimis, quæ omnibus bonis appludentibus explex, præesse queas diu feliciterque Vale. Traj. ad Viadr. 3. Non. Nov. A. CICCI XXXVIII.

LUSTRIIS sibis EXCELENTIAS  
SIME DOMINI. Etiamque, ut foles  
foune



S. I.

**A**qvitatis naturalis est, ut reo sua concedatur defensio, imprimis, quando duri cujusdam Juris executio ab illo exspectanda est. Dura autem fere omni ætate debitorum fuit conditio. De Romanorum in eos rigore, varia habet testimonia QVINTILIANUS in *Declamat.* GELLIUS in *Noſt. Attic.* & STRYK. de benef. dat. in *solut.* De Germania conferri meretur Das Landr. Lib. 3. art. 39. Weichb. art. 27. Sufficit nobis, ad promptissimam executionem in debitores cambiales provocare. vid. R. J. d. a. 1654. S. 107. Quemadmodum autem Jura maxime æqvitatem spectare debent, L. 90. ff. d. R. J. ita quoque LLatores Romani generatim debitoribus varia concessere remedia, miseræ ipsorum conditioni subveniendi causa. Idem exemplum secuti sunt Legislatores germani; hinc Potentissimus Prusiae Rex, intuitu debitorum

A  
cam-

cambialium, in *Ord. Camb. Magdeb.* ut & in *Jur. Camb. Prusf. general.* d. 25. Sept. 1724. præscriptio-nis exceptionem permisit. Qvanquam enim Ju-ra communia fanciverant, ut actiones, & per-sonales, & mixtæ, triginta annis præscriberen-tur l. 3. & 7. C. d. præscr. trigesint. vel quædrag. annor. tamen ob Juris Canonici dispositionem, de bona fide perpetua, C. fin. X. d. præscr. debitor hac ex-ceptione, nunquā, aut saltem rarissime, uti poterat. Immo, si vel Praxis solum Jus Civile seqveretur, nihil tamen fecius, ob nimis lon-gum hujus præscriptionis tempus, exceptio hæc inter flebilia beneficia sæpius numeranda foret.

## §. II.

Anteqvam ipsam Cambii præscriptionem ex-ponamus, opus videtur, ut pauca qvædam de Exceptionibus & Præscriptionibus præmittamus. Dicitur autem exceptio, exclusio actoris §. 1. *Inst. d. except.* seu allegatio rei, qua actionem depellit. BRUNNEM. a. *Proc. Civ.* c. 7. Secundum Jus Canonicum est defensio ex justa & legitima cau-sa, competens adversus id, qvod ab adversario intenditur. CORVIN. §. C. b. 2. Porro exceptio interdum dicitur præscriptio, rubr. tit. ff. d. except. præscr. & præj. l. 9. ff. d. transact. l. 8. & l. fin. C. d. except. forte, qvia exceptiones Prætoriae ex for-mulis Judicibus pedaneis præscriptis, Jurisque subtilitatem mitigantibus, ortum traxere. Qvo-niam & hæ præscriptions, Juris rigorem mo-derantes, plerumque sub conditione conceptæ erant,

erant, conditiones nonnunquam dicuntur exceptiones, l. 22. ff. d. Except. vid. ILL. BOEHMER. ad Instit. Tit. d. Except. Illæ quoque exceptiones, è quibus futurae actioni præjudicium nascitur, præjudicia appellantur. l. 16. ff. d. except. Ceterum in Jure Civili & Canonico generalis exceptionum divisio est, in dilatorias, quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt, §. 10. Inst. d. except. & peremptorias, qvæ agentibus semper obstant, & rem, de qua agitur, perimunt §. 9. Inst. d. i. Aliæ præterea dicuntur personales, quæ ad solam personam spectant, l. 7. pr. ff. b. e. aliae reales, qvæ rei inhærent & cum re transferuntur. l. 7. §. i. d. l. Plures exceptionum divisiones habet LUDOV. in U. P. Distinct. Tit. d. Except. In genere autem consulendi sunt ZANGER. OLDENDORP. COLER. aliique,

## S. III.

Præscriptio, qvæ olim ab usucacione differebat, & per l. un. c. d. usuc. transfi. cum ea in unum conflata est, BACHOV ad TREUTL. Vol. 2. D. 22. tb. i. l. H. est adjectio dominii, per continuacionem temporis, lege definiti l. 3. ff. d. Usuc. De ejus fundamento non una eruditorum opinio est. GROTIUS d. J. B. & P. L. II. c. 4. illud in derelictione querit, PUFENDORFFIUS huic adjungit tranqvillitatem reipublicæ, d. O. H. & C. c. 12. licet rectius in tacito domini consensu queratur. Quantum ad Jus Civile pertinet, in eo, fundamentum præscriptionis, favorem b. f. possessoris esse,

A 2

esse, ex §. 2. *Inst. d. Usucap.* erudit concludit ILL.  
 BOEHMER. Requiritur autem ad præscriptio-  
 nem i. bona fides L. 48. §. 1. ff. d. A. R. D. de Jure  
 Canonico, b. f. perpetua c. fin. X. d. præscr. 2. titu-  
 lis ad translationem dominii habilis §. 5. *Inst. h. t.*  
 3. res non prohibita §. 3. *Inst. ibid.* 4. tempus à le-  
 gibus determinatum & 5. possessio non interrupta  
*l. 25. ff. d. Usucap.* Reus itaque hæc probans ope  
 hujus liberatur, ac si fecisset. ZANG. d. *Ex-  
 cept. p. III. c. 10. n. 30.* Eodem Jure utitur reus  
 contra actionem cambialem, ita tamen, ut, cum  
 cambiiales causæ celerioris expeditionis esse de-  
 beant art. IX. ord. Camb. Pruss. dicta autem requi-  
 sita omnia difficilis sint probationis, hic nil, nisi  
 tempus lege determinatum, exigatur. Et quan-  
 vis exceptiones in Processu Cambiali regulariter  
 ignorentur, eæ tamen adduci possunt, quæ ex ipsa  
 Cambii natura fluunt. vid. Art. 13. Ord. Camb. Pruss.

## §. IV.

Ut de cambiis hic multa verba faciamus,  
 opus non erit, fuse satis hanc materiam pertra-  
 starunt RAPH. de TURRI, SCACCIA, SPREN-  
 GER. ZIPFEL. LUDOVICI aliique. Supponit,  
 etiam, art. 42. Ord. Camb. Pruss. non nisi cambium  
 proprium, einem eigenen oder auf sich selbst aus-  
 gestellten Wechsel/ quod teste LUDOVIC. in  
 Doctr. Pand. tit. d. permitt. nihil aliud est, nisi con-  
 tractus mutui, à quo saltem ratione celerioris  
 executionis, quæ in personali arresto consistit,  
 differt. De hujus præscriptione ita disponitur:  
 Wann jemand einen Wechsel-Brieff auf sich selb-  
 sten ausstelle/ und nach der Verfall-Zeit in einem  
 Jahr

Jahr (welches auch/ wann ein Wechsel in der Messe  
ausgestellet/ von dem Tage der Messe bis zu solcher  
Jahres- und nicht zur gleichen Messe-Zeit in fol-  
gendem Jahre zu rechnen) deswegen sich Niemand  
angiebet/ soll der Wechsel-Brieff alsdann kein  
Wechsel-Recht mehr behalten/ sondern nur vor  
eine bloße Obligation gelten; Würde aber der  
Wechsel-Brieff binnen Jahr und Tag gemahnet/  
soll derselbe von den dato an auf ein folgendes Jahr  
und so ferner/ wann auf gleiche Weise die Zahlung  
weiter gefodert wird/ seine Kraft behalten. Da-  
fern aber jemand dergleichen Wechsel-Brieff gar  
veralten lassen/ und über sieben Jahr bey sich behal-  
ten/ und selbigen in zwischen nicht erneuern liesse/  
soll solcher veralteter Wechsel-Brieff alsdann nicht  
weiter exigible seyn/ und keine andere als Judicia-  
lis interpellatio die Præscription interrumpten.

## §. V.

Primo loco hic inquirendum est, quorum  
intuitu valeat hæc præscripti Cambii exceptio?  
Ad actorem quod attinet, nihil interest, utrum  
Potentissimo Regi nostro subjectus sit, an minus,  
semper ei obstat hæc præscriptio, si modo reus,  
cujus forum actor seqvi tenetur, legibus Augu-  
stissimi nostri subest, aut forum, ubi conveni-  
tur, solutionis, aut contractus, v. Ord. Camb. Pruss.  
Art. 60. nostrum agnoscit Legislatorem. Valet  
enim hæc constitutio in omnibus locis, nisi ad-  
huc specialius statutum, Provinciæ, aut loci ad-  
sit, qvod verba citati Articul. innuunt: Wollen  
A. 3 wir/

wir / daß alle und jede/ so Wechsel-Briefe ausgegeben/ im Fall Wir einiger Orten nicht eine besondere Commission zu den Wechsel-Sachen geordnet/ in ihren foro ordinario und contractus, falls der Aussteller sich daselbst befindet/ oder Solutionis - - belangt und besprochen werden sollen. Minoribus & foeminis in Jure beneficia dari docent. Tit. ff. ad SCium Vellej. & Maced. d. Jur. & fact. ignor. it. d. in integr. restit. An itaque & in Jure Cambiali, intuitu præscriptionis cambiorum, speciatim privilegiis muniti sint? videndum est. Respectu illorum distinguitur inter exercentes mercaturam eosque qui nomen matriculæ derunt, & inter illos, qui nec mercatores sunt, nec matriculæ inscripti deprehenduntur. Priors privilegiis minorum amplius non utuntur, nec restitutionem in integrum contra præscriptum cambium conseqvuntur, bene tamen posteriores vid. MEV. ad f. Lub. P. III. Tit. VI. c. 21. n. 26. SCHULTZ. d. Fœm. mercat. Sic etiam disponit Ordin. Cambial. Art. 5. Hingegen bleiben die Minderjährigen/ so würcklich offene Handlung treiben, und die Christen zu dem Ende die Gilde gewonnen/ die Juden aber nur einen Laden gehabt/ welchenfalls sie/ wann sie 20. Jahr alt sind/ pro majorenibus gehalten werden sollen/ der ausgegebenen Wechsel halber/ auch wenn solche wegen Erlangung der Handlungs Freyheit/ oder wegen Gewinnung der Gilde ausgestellt/ den Wechsel-Recht billig unterworffen. Eingleiches soll auch stat haben wegen der Personen/ denen Wir veniam etatis allergnädigst ertheilen. De fœminis eadem

eadem distinctio facienda est, tam secundum statuta Lubec. & Hamburgenia, uti docet SCHULTZ d. Fam. mercat. c. 1. quam secundum Art. 8. Ord. Camb. Pruss. hoc tamen additamento, ut valide se obligare non possint uxores, quarum mariti ad cambii jus inhabiles declarantur Art. 6. § 7. Ord. Camb. Bor.

### §. VI.

Si quis, in articulo modo citato, à Cambii Jure exclusus, se nihilominus Cambio obligavit, nonnisi nudum chirographum dedisse censetur, secundum Art. 6. adeoque nec annali, nec septen-nali præscriptione se tueri potest. Qvando etiam duo, qvorum alter habilis, alter inhabilis est, se in solidum obligarunt, tamen cambium est præscri-pibile, sed tantum respectu personæ habilis. Illa enim sola se vere cambio obligavit, nec benefi-cium divisionis ei competit, Art. 14. Ord. Camb. Wenn mehr Personen einen Wechsel Brief alle für einen, und einer für alle ausgestellt / kan dagegen auf keinerley Weise exceptio divisionis opponiret werden / quod alias correis chirographariis ob Nov. 99. attribuitur, adeoque beneficia, quæ ex cambio fluunt ipsi denegari nequeunt. Inhabilis vero persona solummodo chirographo se obli-gasse censenda est, ob Art. 6. beneficio divisionis uititur, non ergo beneficio ex cambio fluente. Melius itaque sibi consulere videtur actor, ante tempus præscriptionis impletum si contra habi-lem agit; qui scilicet totum debitum promissime solvere tenetur, post præscriptionem si inhabilem accusat

accusat. Quamvis enim huic exceptio beneficii divisionis competat, parum tamen aut nihil in hoc casu ea debitori prodeesse poterit, quippe quæ tunc saltem cum effectu opponitur, quando æque commode ab omnibus, quam ab uno solutio exigi potest. Ill. BOEHMER ad *Instit. d. duob. reis se. Præscriptibile* itaque eo magis erit cambium, si debitor principalis habilis, fidejussor inhabilis est, quia validum est ipsum cambium. Nam licet fidejussor inhabilis obligare se valide non potuerit BRUNNEM. d. P. c. 8. n. 10. cambium tamen & sine fidejussore validum perfectumque fuisset.

## §. VII.

Duplex autem in articulo nostro præscriptio-  
nis terminus statutus est, primo annus, secundo  
septennium. Priori consequitur reus exceptio-  
nem, cambiale executionem declinantem, po-  
sterior ei tribuit exceptionem, qua creditorem,  
ac si debitum illud cambiale aut chirographarium  
plene solvisset, à limine judicii depellit. Cum  
autem alii uti PLINIUS in *Hist. Nat. L. VIII. c. 48.*  
auctor est, annum æstate unum determinarint, & alterum  
hyeme, alii quadripartitis temporibus, sicut Arcades,  
quorum anni trimestres fuere; quidam luna senio ut Egy-  
ptii. Itaque apud eos aliqui & singula millia annorum vi-  
xisse prodantur, non inepte quæritur: qualis in ar-  
ticulo nostro annus intelligi debeat? quia in Jure  
etiam non una eademque anni significatio ob-  
servatur. Sic enim naturalis seu continuus est,  
qui à momento in momentum computatur. l. 132.  
d. V.

d. V. S. hic in præscriptionibus temporalium aetionum adhibebatur l. 6. ff. d. O. & A. Sic civilis est, quando à die in diem computamus l. 134. d. V. S. & hic in usucaptionibus receptus erat l. 6. & 7. ff. d. Usurp. & Usur. Sic utilis ab utroque differt & tripliciter sumitur, vel si actor habet porestatem experiundi, vel si reus se præstet, quo ab auctore conveniri possit, vel denique, si copia Judicis detur l. 1 ff. d. div. temp. præscr. Jure Saxonico annus Saxonius, ex anno naturali, 6. hebdomadibus & diebus 3. consistens, intelligitur. CONST. ELECT. 6. P. II. In Articulo autem nostro per vocabula Jahr / Jahr und Tag sine dubio annus naturalis intelligendus est, non tantum, quod ea in hoc sensu usitatissima sunt, & sensum usitatissimum regulæ interpretandi sequi jubent, l. 126. ff. d. V. S. CARPZ. Jurispr. Consist. l. 1. tit. 22. sed etiam, quia id innuunt verba ipsius articuli: Welches auch/ wenn ein Wechsel in der Messe ausgestellt/ von dem Tage der Messe/ bis zu solcher Jahres/ und nicht zur gleichen Mess-Zeit, in folgenden Jahren zu rechnen. Simulac itaque annus, si eum modo respicias, à die solutionis præterlapsus est, cambii Jus præscriptum esse censerur. Dies, cuius ope annum computamus naturalem, est dies Juris Romani, à nobis in subsidium recepti, qui à media nocte usque ad medium noctem computatur. l. 8. ff. d. feriis. Finge itaque: Titium tibi debere centum & Kal. Jan. 1738. pro solutionis termino constitutas fuisse, præscriptum erit cambium post medium noctem, quæ intercedit inter

B

Kal.

Kal. & 4. Non. Jan. Obstare quidem videtur *L. 17.*  
*pr. ff. d. div. temp. prescr.* in qua disponitur, quod  
ultima dies cœpta pro completa habeatur, sed  
removetur hoc obstaculum *L. 6. ff. de 0 & A.* qua  
ad præscriptionem actionum temporalium inte-  
gra dies requiritur. Nec differentia hic facienda  
est, inter annum communem & intercalarem,  
modo non talis existat casus, quo cambio se qui-  
dam obligat die intercalato, nimirum 29. Febr.  
anni bissextilis, eodemque anni futuri se solitu-  
rum promittit. Tunc enim dies 28. Febr. pro  
solutionis termino & præscriptionis initio habe-  
tur. Nam aut dolo, aut errore debitoris, hic ter-  
minus præfixus est. Si dolo, notissimi juris est,  
eum non prodesse auctori, nec alteri nocere,  
*L. 1. ff. d. dol. mal. L. 26. S. fin. ff. d. noxal. act.* sed ē  
contrario vitiare contractum, partemque inno-  
centem, ob dolum, à contractu recedere posse.  
COEPPEL. *L. 1. Obs. 36.* Si errore, ille & erranti  
nocet, & contractum vitiat *L. 1. S. 2. ff. d. past.*  
prodesset vero & dolus & error debitori, si dies  
adderetur solutionis termino, obesset contra cre-  
ditori, si solutionem ultimo Febr. frustra expe-  
ctaret. Cœterum tamen ingenue fatemur, has  
subtilitates theoreticas in Praxi adeo religiose  
non observari.

### §. VIII.

Quandoquidem autem solutionis terminus  
non uno modo prorogari potest, merito atque  
optimo Jure queritur: à quo die præscriptio cur-  
rere

rere incipiat? Interdum nundinis prorogatis, simul solutionis tempus prorogatum esse statuit KUSTNER d. mensr. & ann. præscr. litt. camb. §. 43. Sed quoniam specialis hujus casus dispositio, habetur in articulo nostro, recte concludere nobis videtur, existimantibus, ad nundinarum prorogationem tunc certe attendendum non esse, quando litteræ cambiales nundinarum tempore datæ sunt, post elapsum annum solutio facienda est, solutionisque tempore nundinæ prorogata fuerunt. Si Rescripto Regio terminus solutionis prorogatus fuit, à die prorogatione denuo statuto præscriptio incipit, cum alia ratione Principis prorogatio, quæ tamen lex est l. ult. c. d. LL. deterioris conditionis esset, quam partium. Nam prolongatione, vel oraliter, vel pacto in scripturam redacto, facta, insimul quoque terminus, à quo præscriptio cambii currit, prorogatus est, ob generale vocabulum mahnen / quod in articulo nostro legimus, cautus tamen sit actor, ne in probatione factæ oralis prorogationis aliquando deficiat. Quando solutionis dies incertus statutus, vel ita conventum fuit, ut post creditoris admonitionem debitum v. gr. intra mensem solvatur, vel solutio medio Martii, Maji, &c. fiat, tunc de posteriori casu valet dispositio art. 29. Ord. Camb. Pruss. diem mensis 15. pro medio ejus, solutionis termino & præscriptionis exordio habens: Priori casu fatali hoc initium capit à tempore, quod in admonitione creditoris constituebatur. Nullo plane solutionis termino statuto,

nulla quoque præscriptio currit, non tantum secundum Jura domèstica, sed & subsidiaria. In Jure Canonico eam impeditur litteræ cambiales, creditori traditæ, omnem scilicet bonam fidem tollentes, & licet, secundum Jus Civile, immemoriali præscriptione, eminentissima jura adquirantur, l. 2. §. 2. l. 23. §. 3. ff. d. aqu. & aqu. pluv. sua tamen natura actio suppositi casus manet perpetua, cum institui possit, quando actori, aut ejus hæredibus lubet.

## §. IX.

Utraque præscriptio per judiciale interpellationem interrumptur, annalis etiam per solam admonitionem oralem. Nonnullis in locis singularia dantur judicia mercatoria, uti Lipsiæ, eaque in rebus cambialibus mercatorum competentia esse fora, nemo dubitat. Alibi & Notarii in cambiis quandam habent cognitionem, sed de his art. 10. Ord. Camb. Pruss. verb. auf solche Citation mag der vorgeladene zur recognition (welche allein Gerichtlich geschen/ und auf außer gerichtlich von Notariis oder andern Personen aufgenommen nicht gesehen werden soll) durch einen Gevollmächtigten wohl erscheinen / - contrarium dispositum est. Judex competens esse dicitur, vel qui est in foro domicilii, vel contractus, vel solutionis. Sic in art. 60. Ord. Camb. Pruss. legimus: Schließlich wollen wir/ daß alle und jede so Wechsel Briefe ausgeben/ im Fall wir einiger Orten nicht eine besondere Commission zu den Wechsel Sachen

Sachen geordnet / in ihrem foro ordinario und  
contractus, fals der Aussteller sich daselbst befin-  
det / oder solutionis --- darüber belanget und be-  
sprochen werden sollen. - - Instituta igitur actio  
censeretur, simulac libellus oblatus, & citatio facta  
est. L. 2. C. d. ann. except. Si autem queritur: an  
Judicis sit, præscriptionis exceptionem, à reo o-  
missam, supplere? negando respondemus, quam-  
vis contrariam sententiam complures amplectan-  
tur. Certissimi enim Juris est, reum excipere  
BRUNNEM. P. C. c. 7. §. 1. non Judicem, & præ-  
scriptione, per modum exceptionis opposita, actio-  
nem excludi l. 11. C. d. præscr. long. temp. porro  
Judicem, de causis cognoscentem, saltem secun-  
dum acta & probata judicare debere COEPEN.  
L. II. ob. 17. nec eum omni prorsus suspicione  
carere, si illam ipsam exceptionem suppleat. Ce-  
terum creditor, sola admonitione, à septennali  
præscriptione non liberatur, sed post interpellationem  
judicialem, sola cambii renovatione, ju-  
vari potest.

## §. X.

Male autem actorem sibi prospicere intelli-  
gimus, si quando præscriptionem Cambii per  
solam Notarii protestationem interrumpendam  
curet. Ut enim taceamus, hanc è communi Do-  
ctorum opinione neque vim actionis, neque ex-  
ceptionis habere MANTIC. Dec. 204. n. 10. claris-  
sima etiam articuli nostri adsunt verba, admoni-  
tionem, actionem, aut renovationem ad inter-  
renovationemque B. 2. non meliusrum-  
enotisq;

rumpendam præscriptionem, minime vero in hoc casu protestationem requirentia. art 40. Ord. Camb. Pruss. Nec majorem vim habet actionis institutio, in qua tamen actoris libellus reiectus fuit. Exceptio enim inepti libelli, cum effectu opposita, actionem retro nullam reddit THOENNIK. in *Adv. prud. p. n. 14.* Adeoque citatio, quæ alias interrumperet præscriptionem, tam juris Communis *l. 6. C. d. ann. except.* quam Statutarii, BERLICH. *p. II. C. 9. n. 13.* pro non facta habetur.

## §. XI.

Nec tamen solius Creditoris factum præscriptionem interrumpit, verum etiam factum Principis. Si itaque debitor Moratorium Rescriptum nactus est, creditorque durante quinquennio jus, quod perseguiri non poterat, non persegitur, nullo modo se postea tueri poterit debitor præscriptionis exceptione. Nam agere non valenti nulla currit præscriptio *l. 1. §. fin. C. d. ann. ext.* immo violaretur voluntas Principis actione contra eum instituta, quem ab illa ad tempus liberavit. Præferea quoniam Principum Privilegia semper sub se habent clausulam illam: salvo Jure tertii STRYK. *d. interpr. Priv. quæ & moratoriis inesse præsumitur KLOK. de ærar. L. II. c. 5. n. 34.* dubium non est, quin illis jura creditorum conserventur, non infringantur. Virtutem & habet, tollendi præscriptionem annalem, solutionis partialis, ad creditoris admonitionem facta, immo & septennalem interrumpit, si prævia interpellatione

pellatione judiciali facta fuit. Deficiente vero admonitione privata, & interpellatione judiciali, solutioneque partiali sponte facta, hæc præscriptio non impeditur. Nam objicere creditor debitori nihil poterit, nisi hunc in mala fide esse constitutum; at, nec bona fides ad hanc præscriptionem requiritur, sed, solum tempus non interruptum exigi, ex verbis articuli patet.

## §. XII.

Id quod PAULUS JCtus tit. d. adm. tut. in genere de præscriptione prædicat: *eum, qui tempore liberatus est, non similem esse ei, qui nihil habet, sed qui satisfecit,* in præscriptione quoque cambii, intuitu actionis cambialis ac chirographariæ, locum haber. Sic nulla hic fieri potest compensatio. Liquidum enim cum illiquidio non compensatur *l. 7. pr. ff. d. compens.* etiamsi cambium Juramento sit confirmatum. Nec Juri retentionis hic locus est, si forte debitor apud creditorem quidquam depositus. Ad id enim exercendum denuo liquidum debitum requiritur. LUDOV. D. ff. tit. d. Compens. §. 9. Nec litteræ arrestatoriae, quas à Principe creditor, contra debitorem, ex præscripto cambio, consecutus est, præscriptionis effectum impediunt. Quanquam enim Princeps supra Jus est, *l. 3 ff. quod quisque Jur. &c. & ex plenitudine potestatis rescribere potest* BALD. in l. fin. C. sent. resc. nov. poss. præsumitur tamen de Princepe, Rescripta ejus ad observationem Juris Communis concessa esse COEPEN *L. I. Obj. XVI. §. 5.*

Contra-

Contrarium tamen recte defenditur tunc, quando vitium sub & obreptionis evitatum fuit, atque appetet, Principem in animo habuisse, ut creditor à jure semel lato absolvatur. c. 2. X. d. Rescr. Tollitur autem per præscriptionem annalem cambii rigor, remanentibus effectibus chirographariis, qui demum præscriptione septennali extinguntur. Minime ergo ipsius præscriptionis cambialis effectus instrumentis, ad instar cambiorum factis, die nach Wechsel-Recht gemacht seyn. adscribendi sunt, art. s. i. O. CP. Dahingegen soll gemäß Unserer Verordnung von 16. Febr. 1720. Wenn die Clausul, nach Wechsel-Recht zu verfahren / in obligationes eingerückt / selbige die Natur eines Chirographi nicht ändern / noch ein mehrers / als andere pacta executiva, so paratam executionem haben / effectuiren / sed solis cambiis, quorum requisita recenset §. 1. Ord. Camb. Pruss.

## §. XIII.

Quemadmodum autem præscriptio septennalis fundatur probabilitate factæ solutionis, que tamen saepius fallit, cuiusque haud raro contrarium doceri potest; Id circa L Lator Noster Clement. Declaratione de dato Berol. d. 24. Martii 1736. circa vocem *in exigible*, que in articulo nostro reperitur, Creditori, cui præscriptio hæc septennalis obstat, alia concessit remedia, quibus id, quod ipsi vere debetur, consequi possit, ita disponens: Dass es zwar bey der Disposition dieses art. 42. ferrier in so weit sein Bewenden habe / und nach selbigen

gen Articul weder actio cambialis noch ex chirographo nach Verlauff der darinnen enthaltenen respective eines und sieben Jahre, dafern interpellatio verordneter maßen nicht geschehen/ statt finden / folglich die in dem Wechsel enthaltene Confessio debiti nicht weiter vor einen modum probandi debitum angenommen werden solle. Jeden noch aber/ da unbillig seyn würde/ daß ein Creditor, der sein Geld würcklich dargeliehen hat/ um seine Forderung gebracht werde/ so soll dem Gläubiger/ wenn er sothane seine Forderung/ oder die ihm deshalb zustehende action, es sey ex mutuo oder sonst einem negotio, woraus sich der Wechsel originiret/ und weßhalb ihm derselbe zu seiner mehreren Sicherheit und promitteren Bezahlung ausgestellt worden/ auf eine andere Weise/ als durch Zeugen/ oder delationem Juramenti, oder sonst zu erweisen vermag/ solches binnen der in Rechten gesetzten Zeit frey stehen und zugelassen seyn. Varie itaque sibi prospicere potest Creditor, si debitorem eo commovet, ut in ipso cambio præscriptionis exceptioni renunciet, quo facto tutus deinde erit. STRYK. d. Caut. Contr. S. II. c. 8. §. 7. & S. I. c. 5. §. 25. Si hypothecam sibi constitui curat, cambio præscripto actionem hypothecariam instituere potest. Obstat quidem ei, quod sublata actione principali & sublata esse censeatur accessoria, sed minus apta esset hæc debitoris exceptio, quia debitum nondum penitus sublatum est, sed actori adhuc permittitur, ut jus suum persequatur. Idem secundum Jura communia sta-

ГИЧ

tuendum

tuendum esse docemur l. 6. C. d. diff. pign. Jus hypothecæ scilicet non amitti, nisi solutio facta sit. Magis obstaret creditori res judicata, qua finis imponitur controversiis litigantium l. i. ff. d. re jud. facile autem sibi cavebit ille, ne cambialiter agat, sed potius, ut statim jus suum actione hypothecaria persequatur. Hæc omnia autem si neglexit creditor, & cambio septennalis præscriptio obstat, id nihilominus in Processu ordinario producere poterit, non, ut reum debere, sed eum aliquando debuisse, probet. Tunc si vel propria accedit rei confessio, vel testes adsunt, qui, reum adhuc debere, Juramento attestari posunt, ad solutionem cogendus est. Si vero, & propria rei confessio, & testes habiles deficiunt, juramenti delationi, tanquam litium terminandarum ultimo remedio, l. i. ff. d. jurej. processus decisio committenda erit.

## §. XIV.

Hæc pauca sunt L. B. quæ speciminis loco proponere voluimus, quæ si omnia ad amissim minus scripta & dijudicata fuerint, dabis aliquid virium imbecillitati, & voluntatem, etiam si vires desint, laudandam esse cogitabis.

## THESES CONTROVERSAE.

- I. De Jure Natura a ledente recte quoque restitutio iuri probabilis exigitur.
- II. Maledicere etiam hosti indecorum est.
- III. Parentes liberorum libertati renunciare nequeunt.
- IV. Inde serui non nascuntur, sed sunt.
- V. Iustum est, excidere gentem plane inquietam, & vicinis suis subinde injuriam.

F I N I S.

NOBILISSIMO DOCTISSIMOQUE  
DOMINO RESPONDENTI

S. D.

D. CHRISTIANUS FRIDERICUS  
GRÆVEN.

**S**imulac Tua, NOBILISSIME ROETING,  
mihi frui licuit consuetudine, singu-  
lari Te amicitiae affectu prosequen-  
dum duxi, præcipue, cum ingenui-  
tatem, virtutem & eruditionem Tu-  
am, ipsis experimentis luculenter sa-  
tis probares. Constat inter omnes,  
quanti in Juris atque Philosophiæ stu-  
dio Tui sint profectus, quantæque  
ingenii & judicij facultates; & quilibet,  
Tuas proprius inspiciens animi  
dotes, hanc fovet sententiam, Te ad  
ardua Reipublicæ negotia feliciter ex-  
pedienda

pedienda, natum esse. Quis non mi-  
retur etiam Tuam in disputando dex-  
teritatem? qui tertio hodie Cathe-  
dram Academicam concendis, & no-  
vum eruditionis specimen, Tuo me-  
ditatum Marte, edis, cui vel ideo ad-  
dere aliquid nolui, quod perspectum  
habeo, doctrinas, aliorum placitis in-  
terpolatas, pessime cohærere, Tibique  
tam felix esse ingenium quo Tua o-  
mnia masculine sis defensurus. Maest  
itaque virtute, DOCTISSIME ROETING,  
in illo, quem ingressus es, curru omni  
animi contentione perge. Annuat  
Benignissimum Numen conatibus  
Tuis, largiatur Tibi perpetuo prosper-  
rimos rerum Tuarum successus, faxit-  
que, ut, supra aliorum etiam invidiam,  
omnia Tibi ex voto cedant! Vale,  
mihique fave.

**W**o fehlt der Weisheit wohl jemahls  
 an Gunst und Schutz?  
 Ein klug und edler Geist bringt sie  
 dennoch zu Ehren.  
**D**u bisthest Berther Freund, selbst ihren  
 Feinden Trutz,  
 Und lässt durch Deinen Fleiß, ihr nicht  
 ein Glied verfehren.  
**W**as Wunder, wenn sie dem, der ihren  
 Preis erhöhet,  
 Zulezt den besten Lohn und Vortheil  
 zugestehet?

Hierdurch empfiehlet sich dem Hrn-  
 Respondenti zu geneigten An-  
 dencken.

B. G. Nerger.

Oppon. Ordin.

**T**e Themis freuet sich, weil Du zum  
 dritten mahl,  
 Ihr heut Dein Opffer bringst. Sie  
 schreibet Dich zur Zahl

Der

SS (69) SS

Der Männer, die sie pflegt nach Würden  
zu erheben,

O Freund! wie wirst Du denn mit Ruhm  
recht glücklich leben?

J. A. Philippi,  
Opp. Ord.

Cum TIBI sic laeto vultu graten-  
tur amici,

Accedunt merito paucula vota mea.  
Omnia se clare per verba sequentia

produnt:  
Prospera, pro meritis, sint TIBI fata  
TUIS!

Ac veluti flammarum ridet Salamandra  
furentem;

Sic mala sors nunquam TE superare  
queat!

His paucis, Domino Respondenti,  
amico aestumatissimo, adplau-  
debat.

C. F. RAUTE.  
Opp. Ord.



Frankfurt a.d.O., Diss., 1738-40

f

ULB Halle  
002 267 25X

3



sb.





1738/1

1

DISSESSATIO JURIDICA  
DE  
**EXCEPTIONE  
PRÆSCRIPTI CAMBII**  
OCCASIONE. §. XLII. ORD. CAMB. PRUSS.  
QUAM  
DIE III. NOVEMBR. A. MDCCXXXVIII.  
H. L. Q. C.  
PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMITTENT  
**D. CHRISTIANUS FRIDERICUS  
GRÆVEN,**  
ET DEFENSURUS AUTOR  
**CHRISTIANUS FRIDERICUS ROETING,**  
Söldin. Neo-March. L.L.C.

---

*FRANCOFURTI ad VIADRUM,*  
Typis SIGISMUNDI GABRIEL, ALEX.

